ꝙuis papa poſſit eligere de vna patria: nõ tñ decet: qa hoc pertinere videret ad acceptionem perſonarum. Pro cuius declaratione dicit Aug. de Ancho. vbi. ſ. ꝙ papa põt ſibi aſſumere cardinales in ſuum adiutorium & conſilium vñ vult quos vult & quales vult. vñ ſibi imputaꝫ ad meritũ vel demeritũ: ſi ſunt boni vel mali: iuuenes vel ſenes: docti vel indocti. Nam ſi ſunt boni & ſapientes accreſcit meritũ eius & profectus eccleſiæ: quia multitudo ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum. inquit Salomon. Si vero mali ſunt & inſci in his quæ dei ſunt: eius demeritum creſcit: & detrimentũ fidelibus: quia modicum fructum põt afferre ſolius papę iuſtitia quando ſententia prꝑualet multorum aliter affectorum. Verũtamen Bern. de cõgruo aſſignat rationes in li. de conſideratione ad Euge. ꝙ non de vna patria ſed de toto orbe cardinales ſunt eligendi. Primo propter iuſtitiam ſeruandam. Quilibet em̃ melius cognoſcit conditiones hominum ſuæ patriæ ꝙꝫ alius. Et quia vnuſquiſqꝫ bene iudicat de his quæ nouit & horũ bonus eſt iudex. j. Ethicorũ. ideo dicit ipſe Bern. an non ſunt eligendi de toto orbe orbem iudicaturi. Nec vlla patria excluditur ex qua ad cardinalarum aliquis non poſſit vocari. Sed qa de Alemannia cõſuetum eſt vt eligatur imperator: qui eſt miniſter eccleſiæ: ne ſecreta eccleſiæ ſuis miniſtris pãdant: ne quos oportet eſſe ſubiectos habeat in eccleſia ex ſua patria vel genere dños & iudices deferentes: ideo non cõſueuit eccleſia de Alemannia cardinales vocare. Siꝫ nec alia qua patria ſic excluditur in hoc vt de qualibet alia nõ poſſit eligi ꝙuis de terris peculiaribus eccleſiæ magis ſit conſuetũ aſſumi tamꝫ liberiores ad cõſilia ferenda & iudicia exequenda. Scd'o, ꝓpter carnalẽ affectionẽ remouendam. ſi de vna patria oẽs eligant: non opinaꝫ nec creditur ꝙ aliter fiat: niſi vel precũ interuẽtione vel carnis & ſanguinis affectione. Ex quo vt dicit idẽ Bern. ſequit̃ ſcandalum nõ ſolũ puſillorũ: ſed ẽt maiorũ de eccleſia: & ꝑcipue cũ aſſumunt ad hoc cõſanguinei & aliqñ iuuenes & minus apti. Nec eſt contra ꝙ Chriſtus ſolum de Iudea elegit apl'os plures ex cõſanguineis ſuis: quoꝝ ſtatum repreſentãt cardinales vt dictũ eſt. ſ. eo. ca. j. §. j. Nam hoc fuit factum, quia eccleſia primo in Iudea fundata fuit: & de alia patria aſſumi non poterant fide Chriſti nondũ ibi prędicata & receꝑta. Tum etiã qa Chriſtus ſm carnẽ ſolũ ex Iudęis natus eſt: & ideo eius apl'i per quos gẽtibus erat nuntiandus ſolum ex Iudæis vocari congruit. Qd̃ autem aſſumpſit conſanguineos conſiderandum eſt ad quid vocauit eos: non em̃ ait ipſe: veni vos vocare ad requiẽ ſed ad laborẽ, ſ. flagellorũ paupertatis: neceſſitatis: perſecutionũ: & variorũ tormẽtorũ. Qñ ex cardinalatu aliquis iſta cõſequeret non oriretur ſuſpitio in eligẽdo cõſanguineos ad talia. Tertio propter vnitatẽ in populo chriſtiano nutriendam. Contẽptus eſt em̃ cauſa diuiſionis & ſchiſmatis in eccleſia. principale em̃ motiuũ ſchiſmatis Greꝝ fuit contẽptus eoꝝ q ad eccl'ia ſticos honores nõ aſſumebant: & propter hoc etiã mala dimittunt impunita: & hæretici & ſchiſmatici reuertẽtes ab errore ſuo dimittunt in officijs & dignitatibꝰ ſuis ad tollẽdũ ſchiſmata & vnionẽ efficaciꝰ cauſandã. vt ſcribit Aug. l. di. c. vt cõſtitueretur. &. xxij. q. iij. diſplicet. Sic ergo congruit de diuerſis partibus cardinales aſſumi: ad tollendam diuiſionem & conſeruandam vnionem.

§. III. VTRVM MORTVO PAPA

poteſtas eius remaneat in collegio cardinalium? Reſpondet Aug. in. d. li. q. iij. Duobus modis poteſtas papæ remanet in collegio cardinaliũ ipſo defuncto. Primo quãtum ad radicẽ. Coparat̃ em̃ collegium ad papam ſicut radix ad arborem vel ramũ. Sicut aũt ptãs arboris vel rami qua floret & fructum ꝓducit: remanet in radice: ipſa arbore vl'ramo deſtructo: ſic poteſtas papalis remanet in eccleſia vel collegio ipſo papa mortuo. In collegio quidem tamꝫ in radice propinqua: & in eccl'ia platorꝝ & aliorꝝ fideliũ tãꝫ in radice remota. Scd'o talis poteſtas remanet in eccleſia & in collegio quantum ad illud qd̃ eſt in papatu materiale: qa papa mortuo poteſt collegiũ per electionẽ perſonã determinare ad papatũ: vt ſit talis vel talis. Vnde ſicut radix producit arborẽ mediante qua floret & fructum producit. Sic collegiũ facit papã habentẽ iuriſdictionem & adminiſtrationẽ eius in eccleſia. Vñ ſi noĩe papatus intelligimus perſonæ electionẽ & determinationẽ qd̃ ẽ quid materiale in papatu vt dictum eſt: ſic talis ptãs remanet in collegio mortuo papa. Si vero nomine ptãtis papalis intelligimus eius auctoritatẽ & iuriſdictionẽ qd̃ eſt quid formale: ſic talis ptãs nunꝫ moritur: qa ſemper remanet in chriſto q reſurgens a mortuis iam non moritur. Vñ ſup illo verbo. data eſt mihi oĩs ptãs in cœlo & in terra. & ecce ego vobiſcũ ſum oĩbus diebus vſqꝫ ad cõſummationẽ ſæculi. Mat. c. fi. dicit Aug. ꝙ apl'i quibus chriſtus loquebat nõ permãſuri erãt vſqꝫ ad cõſummationẽ ſæculi: ſed in perſona oĩm ſequẽtium eos ipſis locutus eſt tamꝫ vni corpori eccleſiæ. Sed ſi noĩe ptãtis papalis intelligimus actualẽ adminiſtrationẽ qd̃ eſt qd materiale & formale in papatu: ſic actualis adminiſtratio bene moritur mortuo papa: qa nec remanet i collegio actualis adminiſtratio poteſtatis papalis ipſo mortuo: niſi inquantũ p ſtatutũ prędeceſſoris ẽ eis cõmiſſum: nec remanet iſto modo in chriſto: qa de cõi lege Chriſtus poſt reſurrectionẽ non eſt executus talem ptãtem: niſi mediãte papa. licet em̃ ipſe ſit oſtium. Petrũ tñ & ſucceſſores ſuos cõſtituit oſtiarios ſuos quibus mediãtibus aperiꝫ & claudiꝫ ianua intrandi ad ipſum. Poteſtas ergo eccl'ię non moriꝫ mortuo papa quantũ ad iuriſdictionẽ qd̃ eſt quaſi formale i papatu: ſed remanet in chriſto. Nec moriꝫ quãtũ ad pſonæ electionẽ & determinationẽ qd̃ eſt tãꝫ quid materiale: ſed remanet in collegio cardinaliũ: ſed moriꝫ quãtum ad actualẽ adminiſtrationẽ iuriſdictiõis eius: qa mortuo papa eccleſia vacat & priuatur adminiſtratione talis ptãtis. Nec obſtat ſi dicaꝫ Chriſti ſacerdotiũ durare ineternũ ſicut chriſtus: ergo mortuo papa remanet ptãs eius: qa hoc eſt verum quantum ad id qd̃ eſt formale i ſacerdotio. ſicut em̃ oẽs ſacerdotes non ſunt niſi vnus ſacerdos: puta chriſtus quantũ ad ptãtem cõficiẽdi: qa oẽs cõficiũt in pſona chriſti: ſic oẽs papæ non ſunt niſi vnus papa: puta chriſtus: qa oẽs papæ recipiunt iuriſdictionem & poteſtatem adminiſtrandi immediate a deo: moritur tñ actualis adminiſtratio dictæ poteſtatis mortuo iſto vel illo papa.

§. IIII. CARDINALIVM COLLEGIũ NIHIL

põt mortuo papa: niſi qd̃ eſt eis p ſtatutũ ei⁹ vel prędeceſſoris cõceſſum vl'prmiſſum. Pro cuius declaratiõe dicit Aug. de Anch. vbi. ſ. ꝙ aliqñ i dubiũ venit vel venire potuit: an collegiũ cardinaliũ poſſit mortuo papa diſpẽſare in cõſtitutionibus eius: vel addere: vel minuere: vl'ordinare aliqua quę ſpectarẽt ad iuriſdictionẽ eiꝰ? Qd̃ tñ rõnabiliter i dubiũ venire nõ debeat: qa cõſtitutio ſupioris per inferiores tolli nõ põt. papa aũt ſupior eſt collegio cardinaliũ: ſicut chriſtus apl'is eſt maior. Preterea qñ ſtatutũ ſupioris ligat inferiorẽ: inferior mandatũ ſuperioris tollere nõ põt. qa ſicut ſm Aug. nulla res generat ſeipam: vt ſit: ita nulla deſtruit: ſoluit vel ligat ſeipam. Præterea in mandatis & ſtatutis ſuperiorũ: qcquid nõ ẽ inferiori prmiſſum videt ei eſſe prohibitũ. Et ſic illud qd̃ p iura cõdita a papa & ſtatuta facta per ipm̃ nõ ẽ collegio cardinaliũ cõceſſum vel permiſſum: intelligiꝫ papæ reſeruatũ. Nũc aũt pdictũ dubiũ eſt expreſſe determinatũ. de elec. c. ne romani. in cle. vbi vacante ſede nihil collegio cardinaliũ exercendũ per mittit: niſi loco camerarij eccleſiæ vel alicui⁹ pniarij ſi cõtingeret eos ſede vacante debitum naturæ exoluere alium vel aliũ ſubrogare. Puto etiã ꝙ ſi periculũ imminet terris vel rebus eccleſiæ poſſit collegiũ ſalubre remedium adhibere; nec ex hoc põt dici ꝙ eccleſia mortuo papa perdat

ſuã iuriſdictionẽ: qa remanet in chriſto: ſed bene perdit ad tẽpus dictæ iuriſdictionis adminiſtrationem actualem. Et ſi dicatur ꝙ papa nõ poteſt ſibi ſucceſſorem eligere: vt patet. viij. q. j. in principio. ſed collegium poteſt papam eligere: ergo poteſt collegium aliquid quod non poteſt papa viuens. Reſpon. ꝙ hoc ipſum ꝙ collegiũ hoc poſſit ſcilicet papam eligere & per talem modum: nõ poteſt ſua auctoritate. ſ. collegij ſed auctoritate papæ qui ſic ſtatuit.

§. V. IN ELECTIONE SVMMI

pontificis. Cardinales adinuicẽ facere tractatũ & primariã (al's primaturã) collocutionẽ anteꝫ procedant ad electionem papæ cõgruũ eſt: & poſt cõueniẽtẽ tractatũ celerius ꝓcedere ad ipam electionem: tutius eſt ꝙꝫ retardare cæteris paribus. Primũ ſic declaratur ſm Aug. de anch. electionem papæ debere tractatum & conſilium præcedere ratio ſuadet & iura pronũtiãt. Nã cõſilium ſm philoſophũ. iij. Eth. eſt faciẽdũ de his q̃ habẽt tres conditiones potiſſime. Primo quę ſunt circa ardua & magni põderis. nã quę ſunt leuia & quaſi nulli⁹ ptij nõ oportet ꝓnere ſub cõſilio: ſed grauia q poſſunt in magnũ profectũ vel defectũ redũdare Scd'o quæ habent varietatẽ: qa q̃ ſunt vniformia non cadunt ſub cõſilio. nemo em̃ cõſiliat de motibus aſtrorꝝ: qa ſemp vniformiter mouent. Sed cõſilium eſt de actibus humanis q ſunt multipliciter variabiles. Tertio qui habent noſtræ actiõis ptãtem: qa quæ nõ ſunt in ptãte noſtra agere vel nõ agere nõ cadũt ſub cõſilio. vñ dicit philoſophus ꝙ nullus Lacedemoniorũ cõſiliat qualiter Scythę optime cõuerſent: nec nos Latini cõſiliamur qualiter viuant Barbari: qa eorũ negotia non poſſunt eſſe in noſtra poteſtate. Dum igit̃ papæ electio habeat maximã arduitatem: qa eſt opus maximę importãtię, habeat etiã & varietatẽ mentiũ & affectionũ: & opinionũ cardinaliũ & actionis liberã poteſtatẽ: qa liberi ſunt ad eligẽdũ quẽ volũt: ideo congruũ eſt p̃cedere adinuicẽ tractatũ ipſorꝝ cardinaliũ. Hoc etiam iura inſinuant. Nã diſt. xxxiij. in noĩe. dr̃ ꝙ papa defuncto cardinales ſimul diligẽtiſſima de electiõe tractantes mox ad cõſenſum nouę electiõis accedãt. & eꝫ de elec. in geneſi dr̃ ꝙ electio nõ reputaꝫ in qua tractatus nõ p̃cedit: & collatio nõ fuerit facta de pſona ad pſonã: numeri ad numerũ & zeli ad zelũ. præterea ſi in alienatiõe rerũ immobiliũ eccleſiæ requiriꝫ tractatus & cõſiliũ al's nõ valet xij. q. ij. alie nationes. quanto magis in capitis eccleſię inſtitutione. In hmõi aũt tractatibus diligẽter debẽt attendere & obſeruare qd̃ mandaꝫ ſtrictiſſime. de elec. c. vbi periculũ. lib. vj. videlicet obteſtamur vt pẽſantes attẽtius qd eis imminet cũ agiꝫ de creatiõe vicarij Ieſu Chriſti ſucceſſoris Petri rectoris eccliæ vniuerſalis gregis dñici directoris omni priuatę affectionis inordinatiõe depoſita: & cuiuſlibet pactionis: conuentionis: obligationis neceſſitate: nec non cõditi & intendimẽti cõtẽplatiõe ceſſantibus: nõ in ſe reciprocẽt cõſiderationis intuitũ vel in ſuos: nõ quę ſua ſunt quęrãt: non cõmodis priuatis intendãt: ſed nullo arctante ipſorꝝ in eligendo iudiciũ: niſi de puris & mẽtib⁹ liberis: nuda electionis cõſciẽtia: vtilitatẽ publicã libere proſequent̃. & paulo poſt. oẽs circa hoc pactiões cõuẽtiones: obligationes condita & intendimenta etiã iuramento firmata annullanꝫ & abſoluiꝫ quilibet ab obligatione eorũ & liberaꝫ. Quantũ ad ſcd'm de mora vel celeritate electiõis dicit idẽ Aug. vbi ſ. ꝙ mora tpis nõ facit aliquẽ actũ ẽ virtuoſum vel vitioſum de ſe. ſ. ſed conſenſus vel ordinatio volũtatis in bonũ vel malum ſinẽ: qa actus moralis ex fine ſortiꝫ ſpeciem bonitatis vel malitiæ. Si igitur eligẽtes protrahunt morã in electione hac intẽtiõe vt de pſona magis idonea prouidea tur: vel vt diſcordia apparens inter eos ad vnitatẽ reducatur. vel vt diuinũ auxiliũ ſup hoc p multiplicationẽ orationũ fideliũ recipiatur: talis diuturnitas tpis propter honum finẽ erit virtuoſa. Si vero protrahunt morã in electione: vt vnus per aliũ decipiaꝫ: vel vt mors alicuius expectetur: vel vt per arctitudinẽ loci citius finem ſuũ cõſequanꝫ: talis mora ꝓpter conſenſum in malũ finem ẽ vitioſa. Tutius tamen eſt præcedẽti conuenienti tractatu celeriter talem electionem facere ꝙꝫ longo tẽpore eam protrahere: qa per hoc citius periculo eccleſiæ prouidetur: & prſumptio humanæ confidentiæ vitatur. & ad hoc facit quod dicitur de elec. ca. vbi periculum. lib. vj. Et ſic loquiꝫ de cardinalibus habentibus eligere omni conatu & ſolicitudine prout

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

possibilitas patitur id acturi tantummodo vt eorum ministerio acceleret̃ vtiliter pernecessaria totius mundi prouisio idoneo celeriter eidem ecclesiæ sponso dato.

§. VI. AD CARDINALES ORDI

narie spectat electio papæ. Pro cuius declaratiõe dicit Augu. de Anch. vbi. ŝ. ꝙ ſm antiqua iura erat concessum Romanis ius eligendi papã: vt patet ex illo. c. ego Ludouicus. dist. lxiij. Quodã etiã tẽpore fuit cõcessum qubusdã imperatoribus tale ius eligendi vel saltẽ requisitio assensus ei⁹. Et hoc qa multũ fuerunt deuoti ecclesiæ: & iuuabãt cõtra hr̃ticos & schismaticos: vt patet di. xxiij. ĩ noĩe. & dis. lxiij. Adrianus & in. c. synodo. Sed postmodũ qa abutebant̃ tali priuilegio fuit eis ablatũ. vt dist. e. §. verũ. & c. cũ Adrianus. Nunc aũt ad solos cardinales noscit̃ pertinere. vt patet ex. c. licet. de elec. vbi dicit̃ ꝙ duæ partes cardinaliũ requirunt̃ ad electionem papæ. vt. s. assentiant ad hoc ꝙ sit papa. Et de elec. vbi periculũ. lib. vj. dr̃ ꝙ cardinales solũ debent includi pro electione papæ. Et hoc satis cõuenienter factũ est. tum propter eoꝝ assistentiã. cũ em̃ assistant papę possunt magis & melius scire mores suoꝝ coassistentiũ & necessitates ecclesiæ & qd expediat ad regimen ecclesiæ q̃ alij cõiter. tum ꝑpter cõuenientiã. Nã ſm philosophum in paucioribus est via certior & securior. Quãto em̃ periculo per pauciora remedia põt subueniri: tanto citius & sæcuri⁹ subuenit̃. qa igit̃ vacatio sedis apostolicæ est nimis periculosa eccl'ię: vt citi⁹ & securius possit tali periculo remediũ adhiberi cõgrue ad paucas ꝑsonas: puta tãtum ad cardinales est deuoluta electio. Sicut em̃ papa q̃uis sit vniuersalis pastor ecclesiæ: est tñ prætitulatus eṗs vrbis & singularis: sic & cardinales q̃uis dicant̃ iudices & principes orbis: pretitulantur tñ titulis ecclesiarũ Romæ: & in districtu eius. Deficiente autẽ collegio cardinalium: ita ꝙ nullus remaneret. Dicunt aliqui ꝙ tunc electio papæ pertineret ad romanũ clerũ: qa illi sunt successores cardinalium. Cum em̃ papa singulariter sit eṗs Romanus: & ecclesia parochialis sua sit ecclesia sancti Ioannis Lateraň. ideo ad canonicos illius ecclesiæ & clericos pertineret electio papę. Sed dicit idem Augu. ꝙ eo casu magis tutum esset ꝙ congregaretur propter hoc concilium ad talem electionem faciẽdam. & hoc tum ad vitandũ schisma. Nam si in eo casu electio fieret per Romanũ clerum: posset esse hoc materia schismatis. Nam forte taliter electus nõ reciperetur ab vniuersali ecclesia in papã: calũniando vel dubitando de potestate talis electionis. Tum ꝑpter dubiũ interpretandũ qa em̃ dubium est ad quos tunc spectaret electio papæ cũ dubia interpretari quæ emergunt in ecclesia ad generale conciliũ spectet præcipue vacãte sede apostolica: ideo magis tutum esset ꝙ ad concilium generale referat̃. q̃uis em̃ Romani clerici dicantur successores cardinalium in nominatione: non tñ in iurisdictione: qa non habent dignitatẽ & iurisdictionẽ cardinalium. Et ideo nisi fieret speciale statutum per papã ꝙ deficiente collegio cardinalium: potestas eligẽdi remaneret in Romanis clericis: vel in canonicis sancti Ioannis Lateraň. non conueniret eis eligere summum pontificẽ magis q̃ alijs: qa sicut papa est Romanus eṗs singulariter: sic singulares personę & singulares clerici: puta cardinales sunt deputati ad talem electionem faciẽdam: quibus deficientibus nullis alijs clericis vel canonicis singularibus potestas in tali electione conueniret nisi super hoc nouũ statutum conderetur. Nec obstat ꝙ conciliũ generale congregari non potest nisi auctoritate papæ: vt habetur dist. xvij. per totum. qa hoc est verũ ipso viuẽte. secus ipso mortuo & collegio cardinalium deficiente. Nam in tali casu imperator & alij reges & principes christianorum possent & deberent concilium episcoporũ congregare ad huiusmodi electionem faciendam.

§. VII. SED QVERITVR VTRVM

collegiũ cardinaliũ possit eligere papã aliũ q̃ de ipso collegio? Rñ. Augu. de Anch. vbi. ŝ. planũ est ꝙ nõ præcluditur via cardinalibus ex aliquo statuto: quin possint eligere in papã vndecũq; volũt. Et sic simpl'r loquendo hoc licet eis & possunt. Sed supposita æquali sufficientia in aliquo q̃ sit de collegio & in alio extraneo magis expedit de collegio eligere: & hoc plurib⁹ rõnibus. Primo quidẽ qa sic electus de ipsis cardinalib⁹ habet pleniorẽ cognitionẽ: quorũ consilio agere debet quicquid agit. Non em̃ est parum summo pontifici cognoscere illos de quorũ cõsilio regit totũ mundũ: cuius zeli cuius cõditionis sint: & qua affectiõe in negotijs ecclesiæ loquunt̃: qa aliquãdo sub pelle ouina latet mens vulpina. Vñ ipse papa specialiter non debet oĩ spiritui credere: sed iuxta apostolicũ documentũ ꝑbare debet spũs si ex deo sint. Sc'do qa pręexistẽs de collegio de ordinatione eccl'ię habet plenã informationẽ de ordinationibus & cõsuetudinibus ecclesiæ. Vnde nõ de facili nouas cõsuetudines vel ordinationes inducit quę possint esse causa admirationis vel perturbationis audientiũ vel videntiũ. Extraneus autẽ in hmõi est vt nouitius. Vñ & q̃nq; nimis excedit q̃nq; nimis restringit. & in nouis cõstituẽdis semp est periculũ: nisi appareat euidens vtilitas. Tertio qa de fidelibus & subditis ecclesiæ habet pleniorẽ recordationẽ: qa em̃ surrexit rex nouus in Egypto q̃ ignorabat Ioseph: iõ rex ille Pharao cœpit ꝑsequi filios Israel. Timendum est ergo, vt si nõ sumatur de collegio assumẽdus in papam: & plene possit recordari qui fuerint fideles ecclesiæ & qui rebelles: ne exaltet deprimendos & deprimat exaltandos. Quarto est: qa status cardinalatus habet propĩquã dispositionem ad papatũ. Assumpti em̃ subito de paruo statu ad magnũ ſm philosophũ nesciũt ferre fortunã: nesciunt vti tanto dñio. Cardinalatus autẽ rõne status: & rõne p̃sentialis assistẽtię ad papã non habet admirationẽ de papatu: & ideo assumptus de collegio potest p̃sumi melius vti papatu. Nec obstat si dicatur ꝙ *nimia familiaritas* parit contemptum: & sic extraneus minus familiaris haberet̃ in maiori reuerentia: qa illud est verum inter stultos: ꝙ. s. multa familiaritas parit contemptum: non autem inter sapientes qui sciunt quibus & quando & quare debent reuereri. vel etiã potest dici ꝙ reuerẽtia quæ fit extraneo vt minus familiari procedit ex timore & est tantũ exterior: sed quæ fit familiari fit ex amore & est maior interior. Et ad hoc facit quod habetur dist. xxiij. in nomine. *vbi dicitur. Eligatur summus pontifex de gremio. s. de collegio cardinalium: si reperitur idoneus. Tamen vt dictum est & ibi subditur: & extra collegium existentem possunt eligere. Sic abbas sancti Anastasij Romæ fuit electus ĩ papam: & dictus Eugenius. & Petrus de Murone assumptus ad papatum: & dictus Cœlestinus: & Clemens. v. assumptus ex archiepiscopatu: & sic de alijs.*

§. VIII. DE IPSA AVTEM ELE

ctione papę q̃rit̃. Vtrũ cardinales teneant̃ eligere meliorẽ cæteris: aut doctiorẽ alijs: aut magis peritũ in theologia q̃ in scĩa iuris? Rñdet̃: ista q̃stio est triplex. Et ad primã partẽ scilicet qua quærit̃ de meliori est cõsiderãdũ. Primo ꝙ hic q̃rit̃ de eo q̃ credit̃ & ęstimat̃ esse melior ĩ iudicio rõnabili eligentis nõ in rei veritate vel ſm certitudinẽ vel iudicio alioꝝ. Nã nedũ de alio: sed nec de seipo potest homo scire ꝑ certitudinẽ si bonus ẽ. ſm illud Eccl's. ix. Nemo scit vtrũ odio vel amore dei sit dignus. Varia etiã sunt iudicia hominũ. nã quẽ æstimabit magis aptũ & bonũ: alius reputabit minus idoneum. Quęrit̃ ergo si eligens tenetur eligere quẽ ipse credit meliorẽ alijs? Et tunc distinguit̃ de bonitate: qa aut quæritur de bonitate simpl'r: aut de bonitate ſm quid. Sc'dm em̃ bonitatẽ simpl'r ille dr̃ melior qui est maioris perfectiõis & dilectionis: etiã si sit idiota vel ineptus ad regimẽ: etsi nõ sit tantæ perfectiõis & deuotiõis: bonus tñ creditur. Et ſm Tho. in quodlib. vj. q. iiij. ar. j. & ij. ij. q. clxxxv. ar. iij. in eligẽdo debet q̃s eligere nõ illũ quẽ credit maioris deuotiõis & ꝑfectionis: sed quẽ credit magis idoneũ ad regimẽ illud: etiã si non credit esse tantę ꝑfectionis sicut plures alios: æstimat tamen bonũ esse. Quod pro tãto dr̃: qa quantũcũq; iudicaret̃ aptus & sagax & industri⁹ ad regimen ecclesiasticũ propter naturale ingeniũ: prudẽtiam & scientiã: si tñ credit̃ rõnabiliter esse malę vitę nullo mõ talẽ debet eligere. Loquendo igit̃ de *meliori* ſm qd. i. ad talẽ dignitatẽ. tũc ſm Aug. de Ancho. *vbi. ŝ. aut* æqua facilitate potest eligere sufficientiorẽ & meliorem: aut nõ ęqua facilitate. Si nõ æqua facilitate: puta qa vnus quẽ credit min⁹ bonũ & aptũ ad regimen q̃ alius habet plures voces. & sic põt conscientiã suã cõformare cũ alijs. s. æstimando illũ magis idoneũ ex quo plurib⁹ videt̃: vel qa ẽt sine sua voce peruenitur ad numerũ qui requirit̃ pro electiõe. Et sic ad tollendũ dissentionẽ vel displicentiã aliorũ erga se: potest

se: potest eligere eũ quẽ ipse per se iudicat minus idoneũ. Aut æqua facilitate põt eligere meliorẽ: puto qa per vocẽ suã auget vel peruenit̃ ad numerũ sufficientẽ electioni: & tũc debet eligere quẽ iudicat meliorẽ. Ponit tñ circa hoc distinctionẽ ſm quosdã videlicet ꝙ est debitum necessitatis seu præceptoriũ & debitũ honestis & consultorium. Dicit ergo ꝙ debito necessitatis & p̃cepti nõ tenet̃ eligere meliorem: sed sufficit eligere bonũ cui nõ obstet canonicũ impedimẽtũ. Sed de debito cõsilij & perfectionis debet meliorẽ eligere. Et sic dicit esse intelligendum dictum Hiero. qd' habetur. viij. q. j. licet. vbi dicit. Sciant oẽs ꝙ qui doctior qui sanctior qui omni virtute eminentior. ille eligit̃. Dicit tñ ipse ꝙ specialiter in electiõe summi põtificis si sciẽter præferat̃ minus bonus meliori & minus doct⁹ doctiori (s. cæteris paribus) quãtũ ad sc'dm punctũ ꝙ erit acceptio ꝑsonarũ. hoc aũt videt̃ esse mortale: & ad hoc etiã videt̃ cõsentire beatus Tho. in summis. vt habes in. ij. parte titu. j. c. xx. Quod aũt dicit̃ a quibusdã sufficere eligere bonũ, postposito meliori: videt̃ habere locũ in foro cõtẽtioso: nõ in foro cõscientiæ. Quantũ ad sc'am partẽ quęstionis. s. de doctiori: rñdetur ꝙ cæteris paribus doctior est eligendus: qa scientia multũ iuuat ad bonũ regimẽ: nõ tñ intelligendũ de quacũq; scientia: sed de ea q̃ ad regimen cõfert: vt theologia: philosophia moralis: & scientia iuris. q̃uis em̃ oĩs sciẽtia vtilis sit & ꝑficiat ĩtellectũ: tñ astrologia & philosophia naturalis modicũ valent ad hmõi. Non ergo qui est doctior in speculabilib⁹ ille debet p̃eligi: sed q̃ ẽ doctior ĩ scripturis: in prudentia & experientia agibiliũ & his q̃ valent ad regimen. Propterea autẽ dictũ est cæteris paribus: qa etsi esset quis doctior cæteris in omni facultate ẽt theologica & iuridica: & experimẽtali. & sciretur esse malus & minus aptus ad regimen: nõ ꝑpterea debet p̃poni magis idoneo ad regimẽ. etsi longe minus docto tñ sufficienter. Multos em̃ videm⁹ eminentes scientia & deficientes prudentia: & ineptissimos ad regimen. Vñ & Valentinianus imperator dixit: vt habet̃ dist. lxiij. Valẽtinianus. Talẽ in põtificali sede cõstituite: cui & nos q̃ gubernamus *impiũ* nostra capita submittamus: & ei⁹ monita: dũ tam q̃ hoĩes delinquimus necessaria curãtis medicamina suscipiamus: hoc aũt fit dũ est virtutũ perfectiõe & sciẽtia prędi tus. Vñ Symmachus pa. Vilissim⁹ putãdus ẽ si sanctitate & scientia nõ p̃cellat: q̃ est honore p̃stantior. debet ergo eligi doctior in sciẽtia vtili ecclesiæ. si al's cæteris iudicat̃ aptior & melior ad regimẽ. Quãtũ ad tertiã partem quęstionis cæteris paribus magis est eligendus theologus q̃ iurista ſm Aug. de Anch. & hoc triplici rõne. Primo ex parte eccl'iæ cui præficit̃. Non intelligunt̃ muri ædificia & possessiões ex quibus ĩsurgũt litigia q̃ tollunt̃ per iura: sed aĩę fideliũ q̃ informant̃ de fide & moribus ꝑ theologiã. Nec christus mortuus est ꝑ tpalibus bonis immo ea contẽpsit: sed pro redẽptione animarũ & salute q̃ procurat̃ ꝑ prędicationem sacræ scripturæ. Sc'o ex parte sciẽtiæ qua summ⁹ põtifex ꝑficit̃. sicut em̃ ipse papa præfert̃ oĩbus prelatis & põtificibus in dignitate: ita sciẽtia qua debet eẽ ꝑfectus præfert̃ oĩbus scientijs: præfert̃ em̃ theologia oĩbus legibus & scientijs. & sicut sciẽtia p̃fert̃ sciẽtiæ: ita ꝑfessor theologiæ alijs professoribus aliarũ scientiarũ. Tertio ex parte iudicij. est em̃ papa vniuersalis iudex totius orbis & oĩm quæstionũ insurgentiũ. Constat aũt ꝙ iura ciuilia non corrigunt oĩa mala: sed multa dimittunt impunita: sed ꝑ theologiã oĩa vitia reprehendunt̃ & puniẽda ostẽdunt̃. Et si dicat̃ ꝙ nisi esset sciẽtia iuris, cõcordia extra mundi terminos exularet. & sic vr̃ multũ necessaria papę: qui debet quærere pacẽ fideliũ. Rñ. ꝙ ad lites & q̃ones terminãdas papa põt & debet assumere cõtẽptibiles de eccl'ia. ĩ iudices sæculares: vt ait apl's. j. Coꝝ. vj. Sicut etiã apl'i ĩstituerũt septẽ diaconos qui prouiderẽt fidelibus in tpalibus: & ipsi vacabant orationi & prædicationi scripturæ. Bonus etiã theologus nõ est nudus a legibus quantũ est in eis veritatis & iustitiæ. Scriptura em̃ sacra oĩa continet: etsi nõ formas litigiorum: tamẽ substantiam veritatis. Et ad hoc facit quod dr̃ xxxvj. disti. qui ecclesiasticis. vbi dicit̃ ꝙ ad summum sacerdotiũ non aspiret: qui diuinis stipendijs & disciplinis nõ est eruditus. Hęc autem est scriptura sacra: qui autem esset bonus canonista & theologus ille optimus quantum ad hoc.

Vtrum theologum vel iuristã.

§. IX. COLLEGIVM CARDINA

liũ q̃uis eligat papam. & ꝑ hoc videat̃ qd mai⁹ papa. sicut papa instituens eṗos est maior eis: nõ tñ ſm rei veritatem est maioris potestatis q̃ papa. Nã si hoc esset non esset necessarium habere papã. Pro cuius declaratione dicit Aug. de Anch. vbi. ẽ. ꝙ potestas collegij differt a potestate papæ: nec est eiusdẽ ordinationis vna cum alia. Papa em̃ electus põt duo noĩare: vel officium & auctoritatẽ: & istud est qd formale in papa: vel determinationẽ papæ personę talis: puta Petri vel Iacobi: & istud est in eo quid materiale. si ergo cõsideret̃ papatus quantũ ad officiũ & auctoritatẽ qd' est quid formale. sic papatus nõ est per electionẽ collegij: sed per electionẽ immediatã a Christo qa oẽs papę qui fuerũt a principio & erunt vsq; ad finẽ mundi nõ sunt nisi vnus papa: qa ex quo oẽs habẽt illud idẽ officiũ: & illã eãdem auctoritatẽ quã habuit btũs Petrus: q̃ fuit primus papa qui non fuit electus a puro hoĩe: sed immediate a Christo a quo recepit auctoritatẽ papatus in ꝑsona cĩm sequentiũ. Si vero cõsideret̃ in papatu determinatio ꝑsonę istius vel illius qd' est materiale. isto modo papatus bñ est ꝑ electionẽ cardinaliũ. & hoc nõ nisi auctoritate eius: qa papa mortuo possunt eligere & determinare hanc ꝑsonã vel illã: vt fungat̃ auctotitate papatus sup vniuersalẽ eccl'iam. Et hoc nõ nisi auctoritate papæ: qa ꝙ ipsi cardinales sic deputati vt possint eligere & determinare ꝑsonã hãc vel illã ad papatũ nõ nisi auctoritate papæ hoc faciũt. Planum est em̃ ꝙ illud decretũ positũ. xxiij. dist. c. j. vbi agit̃ de electione summi põtificis: ꝙ mortuo papa primo cardinales eṗi. deinde reliq̃ sequaces & vniuersus clerus ad electionẽ summi põtificis Nicolaus papa edidit. Planũ est sil'r ꝙ decretalis illa vbi taxat̃ modus eligẽdi: ꝙ a duabus ptib⁹ cardinaliũ electus in summũ pontificẽ habeat̃ ab ipso papa est ędita. Vñ tã electio q̃ modus eligendi roborat̃ in collegio auctoritate papæ. Si aũt dicat̃ ꝙ q̃ põt maius põt & minus hoc nõ est vniuersaliter verũ: nec ĩ spũalib⁹: nec in naturalib⁹: sed habet veritatẽ hoc cũ vnũ essentialiter ordinat̃ ad aliud. Et qa ptãs papæ est alterius ordinis q̃ potestas collegij: ideo nõ sequit̃ ꝙ si collegiũ potest eligere papã: possit quicquid potest papa. Preterea collegiũ nõ est causa papatus: quantũ ad id qd' est formale in papatu: sed quãtum ad id quod est materiale: qa scilicet ex cã determinationis personæ per electionẽ collegij & cõsensum papę: & hoc nõ nisi auctoritate papæ. Nec est simile de papa creãte seu instituente eṗm: & collegio eligẽte papã: qa a papa deriuat̃ auctoritas & officiũ in eṗm quantũ ad id quod est iurisdictionis sicut a Petro deriuata fuit auctoritas iurisdictionis in apl'is. Sed a collegio non sic creatur papa: ꝙ ab eo habeat officium & auctoritatẽ qd' est formale in papatu. Sed isto modo oĩs papatus & iurisdictio eius est a christo immediate. Ex his sequit̃ ꝙ a papa nõ põt appellari ad collegium cardinalium. vt dicit idem Aug. de Anch. q. vj. Et ratio est: qa nõ appellat̃ nisi de minori ad maiorẽ: vt. ij. q. vj. per totum. Sed minor est auctoritas collegij q̃ papæ. Sicut ergo magna dementia esset appellare a dño ad sibi subseruientes: & a rege ad suos cõsiliarios: sic maxima dementia esset credere ꝙ a papa possit appellari ad cardinales cũ ipsi sint subseruientes & consiliarij eius. Comparatur enim papa ad cardinales: sicut cœlum comparatur ad terram. sicut enim cœlũ generat & corrũpit ista inferiora: alterat & variat ipsa: nihil tamen istorũ inferiorũ insurgit contra cœlũ vel appellat cõtra ipm: sed patienter tolerant quicquid cœlum operat̃ in eis: siue generationẽ siue corruptionẽ siue alterationem. sic potestas papalis tãq; cœlestis põt oẽs inferiores potestates tam laicoꝝ q̃ clericorum generare corrumpere & alterare: ita ꝙ nõ licet appellare contra ipsum ad quod facit quod dicit̃ dist. xix. in memoriã. licet ius parendum ab illa sancta sede imponat̃. iugũ tamen feramus & pia deuotione toleremus. ꝙ autem papa eligit cardinales & cardinales eligant papã: hoc non fit eodẽ modo: qa papa eligit cardinales propria virtute sua: & quicquid auctoritatis est ĩ eis est papæ. Vnde Christus dixit discipulis quorum personas cardinales reprę sentant. Nõ vos me elegistis: sed ego elegi vos. Et sine me nihil potestis facere. Ioan. xv. Sic cardinales eligunt papam auctoritate ipsius papæ: non auctoritate propria. ꝙ enim a duabus partibus cardinaliũ electus ipso facto ab vniuersali eccl'ia habeatur summus pontifex auctoritate papæ firmatum est. vt extra de elec. c. licet. Et sic auctoritate ecclesię factum est vt cardi

differũt ptãs papę & collegij.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

nales de ipso electo canonice nō possint iudicare vel contra ipsum recipere appellationē. Præterea q papa sententiet vel iudicet negotia ecclesiæ de cōsilio cardinaliū. hoc non est de necessitate aut ratione papæ, vt papa negotia ecclesiæ determinare sine consilio cardinalium non possit. potest enim sine consilio eorum talia expedire & determinare: ga & Christus cuius vicem gerit non legitur aliqua de consilio apostolorum egisse vel determinasse. Verum ga papa purus homo est: & potest in talibus negotijs falli & fallere: vt extra de senten. excō. c. a nobis. tanto amplius decet ipsum cum maturiori cōsilio agere cuncta quę agit: quanto per eum determinata ponuntur super candelabrū & non sub modio: & quanto determinationi ipsius mortalium nullus audeat resistere.

§. X. DE FORMA ELECTIONIS

papæ. ꝑm antiqua iura vt dictū est. electio ista fiebat p cardinales: vt patet dist. lxxix. c. j. & sequēti: qđ etiā firmauit & declarauit Nicolaus papa q ecclīam rexit anno. M. lix. vt habetur dist. xxiij. i noīe. Aliquo etiā tpe statutum fuit: vt circa ipsam electionē consensus imperatoris requireretur: vt in. d. c. in noīe. &. lxiij. dist. Adrianus. qđ in processu tpis fuit eis ablatū tale ius. Quæ autē forma seruaretur in decretis nō habetur. Postea Alexander. iij. in concilio Lateran. statuit ꝙ non solū a cardinalibus fieret electio papæ: sed ꝙ etiā duæ partes cardinalium ex his qui intersunt electioni concordent in aliquem vnū ad hoc vt ille papa existat. vt patet ex. c. licet. eꝫ de elec. li. vj. Exinde Gre. x. i cōcilio Lugduñ. addidit ad formā electionis: videlicet ꝙ mortuo papa cardinales præsentes in loco vbi mortuus est: debēt expectare alios absentes per decem dies post quos cardinales qui se reperiūt in loco debēt intrare cōclaue ad electionē faciendā: nec aliquis debet exire cōclaue: nisi infirmitate supueniente quousq; sit facta electio debita. Et dñi seu rectores & officiales illius ciuitatis in qua celebrat electio debent obseruari facere dictum conclaue. Et qūo debent se habere cardinales in dicto conclaui pro electione hmōi plane habet de elec. vbi periculū. lib. vj. Quę quidē cōstitutio vt dicit Ioā. an. in glos. cuius fuerit reuocata per Adrianū papā & per dñm Ioannē. tamē fuit renouata per Cœlestinū. v. & approbata & cōseruata p Bonifaciū. viij. & p eū posita in. vj. vnde habet vigorē. Demū Clemēs. v. in cōcilio Vienn. addidit ad dictam formā quędā. vt habet de elec. c. ne Romani. in cle. videlicet ꝙ cardinales per exceptionē excōicationis suspensionis vel interdicti ab electione repelli nō possunt. ltē ꝙ officiū camerarij vel pœnitentiarioꝝ papæ: etiā summi pœnitētiarij durat papa mortuo. qui si deficiant pōt cœtus cardinalīū pro tpe vacationis alios subrogare loco. s. deficiētiū & nō alios presbyteros. Item ꝙ si oēs cardinales simul vel successiue conclaue eis deputatum cogerent exire: puta propter incēdium vel timorē mortis: illi q cōclaue habebāt custodire q̄citissime poterunt debent cōpellere ad reintrandū in loco congruo prout ipsi cardinales conuenerint. Vbi etiā declarat & determinatur cœtū cardinalīū sede vacante iurisdictionem papalem nō exercere: nisi inquantū permittit concilīū Lugduñ. s. in dicto. c. vbi periculū. nec illud vel eius partem alterare potest. cuius contrariū aliqui doctores prius tenebant. vt Host. Dicebat em̄ non esse verisimile filiū dei voluisse: vt mortuo papa grex fidelium esset sine pastore vel ecclesia sine sponso. Et ideo tenebat ꝙ collegium cardinalium haberet potestatē papæ vt pastor ecclesiæ. Sed respōdet ad hoc Io. an. in glo. ibi ꝙ sponsus tutor & pastor & caput ecclesię est christus. Patet primū: lxxvj. dist. ieiunium. in fi. Secundū. xc vij. dist. c. j. Tertiū de sa. vnc. c. j. §. vnctio. &. iij. q. iiij. c. fi. licet ergo deficiat vicari⁹ Christi. s. papa: nō deficit principalis. s. christus: qui vicariatus solum Petro & successoribus apostolicis datus fuit. Nō ergo cœtus cardinalium habet vicariam Christi. Reprobatur etiam opinio Hug. lxxix. dist. nullus. qui dixerat cardinales tūc posse creare cardinalem quod non est verum.

§. XI. DE HIS IN QVIBVS POS

sunt offendere cardinales. Et primū est ꝙ in electiōe ipsius papæ: si cōtra cōscientiā eligant minus idoneum vel propter pecuniā: vel ad preces aliorū: vel vt nō habeāt psonā magis sibi fauorabilē: vel alio respectu irrōnabili: qđ est grauissimū pc̄m. Secō si quærit ipse & procurat diuersis vijs eligi p se vel p alios: qđ est maxime ambitionis. nā si appetere episcopatū vel eccl'iam curatam: nō est absq; ambitione & prēsumptiōe ꝑm Tho. quāta erit in ambiēdo & procurādo curā oim fideliū. ar. j. q. j. principatus. Tertio in cōsulendo papæ in negotijs ecclesiæ cū. s. non intendit vtilitatē ecclesiæ & populi christiani: sed vtilitatē priuatā sui vel alicuius dñi tpalis seu ciuitatis ad quā afficit. Secus si syncere cōsulat & pura intētione cū matura cōsideratiōe: etiā si inde malū vel dānū eueniat ecclesiæ. de regu. iur. ca. nullus. li. vj. Quarto si procurat bñficia vel prælaturas ecclīasticas scienter idignis: vel ob munera vel preces vel affectiones carnales. j. q. j. sunt nonnulli. Quinto si quærit habere seu recipit plura bñficia in cōmendam vltra indigentiam ꝑm congruentiā sui status: cū hoc sit auferre necessaria penuriā patientibus. Sexto si circa ecclīas quas tenet in cōmendā nō facit habere diligentē curā vt bene officient & idonei in eis ponant inquantū potest & saluti animarū prouideatur & reparationi ipsarū: cū oportet intēdere facere. Cōmuniter em̄ ecclesiæ & abbatiæ quę dant in cōmendā: reperiunt male gubernari in spūalibus & tēporalibus. Septimo si quæ secrete tractantur in concilijs: vel sibi cōmittunt a papa: non occulta teneat: sed reuelet alijs: & prę cipue vnde oriri posset dānū vel scandalū: conferendo aūt cum persona fideli & discreta & per modum cōsilij habendi: illi tamen imponendo in secreto nō videtur illicitum. Octauo in commissiōibus sibi factis super diuersis causis a papa quando non iuridice & iuste: sed inique sententiat: amore: odio: timore: vel cupiditate. xj. qōne. iij. quatuor.

Nono si aduertens defectus notabiles in curia vel papa nō corrigit seu admonet fraternaliter vt decet qñ sperare pōt inde emēdationē: sed ex negligentia vel timore displi cendi aut dānum incurrēdi reticet. ij. q. j. si peccauerit. Decimo si in vita sua & cōuersatione non se exhibet exēplarē in honestate vitæ & grauitate morum: sed vacat lasciuijs: venatiōibus: ludis: & alijs vanitatibus mundi: ex quibus nimis scādalizat ecclesiam dei. viij. q. j. qualis. Vndecimo circa familiam vt non teneat nimiā vltra congruentiā sui status. & illa sit honesta non vacans procationibus: turpitudinibus: adulationibus & detractionibus: quibus plene sunt curiæ comessationibus & ebrietatibus. Ec officiales sui non sunt quærētes munera: aut displicibiles in verbis & rixosi: sed affabiles & humani ad oēs venientes: & ꝙ nō habeat iuuenes calamistratos vel comatos: aut in vestibus diuisatos ac sericatos: ac si deberent ire ad nuptias: sed modestos in omnibus: & sciat de eis si seruant præcepta dei & ecclesię. Duodecimo vt non teneat aliquos familiares seu seruiētes ea intentione principaliter: vt pro seruitijs eorū procuret eis beneficia ecclesiastica: qa hoc simoniacum eēt ꝑm Tho. & alios. Demum nouerint se vt patres religiosorum & pauperum. vnde & non sibi thesaurizent vel consanguineis suis vltra congruitatem & indigentiā tribuāt: sed pauperibus & locis pijs largiantur.

¶ Qđ papa debet dissipare gētes q̄ bella volunt. Cap. III.

DISSIPA GENTES QVE BEL

la volunt: veniēt legati ex Egypto & Ethiopia prēueniat manus eius deo. Pš. lxvij. Sicut loquitur Pš. ad dñm: ita & pōt dirigi ad vicariū suū. s. papā. vt sit sensus. tu papa dissipa gētes: quę bella volūt. i. Gentiles seu Paganos & Turcas & Saracęnos: qui bella volunt agere cōtra Christianos iniuste detinētes & continue vsurpātes terras eoꝝ mittendo cōtra eos exercitus vt cruce signatos ad dissipandū eos. sicut aliqñ factum est & tēpore Bern. ad qđ etiā hortat Euge. Et sicut ēt fctm̄ est per sanctum Ludouicū regē Frāciæ. sed hoc hodie tpe oportuno: nā prius essent dissipandę gentes christianorum qui vt gentiles gehēnæ dediti bellant adinuicē ex libidine dñandi & cupiditate acquirēdi. Sed hoc agere nō debent nisi ex hortādo & arguēdo: & cū apparet manifesta iniustitia ecclesiasticis cēsuris reprimēda. Contra ecclesiā vero bellantes etiam gladio hostili resistēdo. Et ad hoc. s. dissipandum & tollendum bella veniant legati ex Egypto. s. a diuersis partibus mundi missi ad te: sed ex Egypto educti seu recedētes. i. a mundana cupiditate & vanitate. Interpretat enim Egypt⁹ tenebræ: & significat mūdū tenebrosum erroribꝰ: cupiditatibꝰ: & varijs vanitatibus: a qbus debēt esse semoti legati,

ti legati. Vñ Bern. ad Eugeniū. Tales tibi expedit in legatione mittere q missi post aurū nō eant: sed christū sequātur. p quæstū legationē nō ęstiment: nec requirāt datū sed fructū: q ecclesias nō spolient: sed emēdent. Et inducit Ber. de quodā dicto Martino qui cardinalis existens legat⁹ missus in Daciā terrā auri & argenti tā paup remeauit: vt pene expensis & equis deficientibus vix puenit Florentiā: vbi cum eps loci donaret sibi vnum equum: eum accepit cum ipso reuersus ad curiā quæ tunc erat Pisis. inde ad modicū eps Florētinus vadēs ad curiā. p quadā causa quā ibi habebat: visitauit prædictum cardinalē Martinū recōmēdans ei causam suā. Cui Martinus decæpisti me. nesciebā em̄ in curia tibi imminere negotiū. tolle equum tuum: ecce in stabulo est. Narrat idē Bern. & de alio legato dicto Gotifredo. Qui cū exenteratus fuisset quidam piscis interrogauit quāti ille vēderetur in foro & ei dari fecit prætium nec aliter recepit. Repītat legatus psonā Christi de quo dī Hiere. xlix. Auditū auditui a dño & legatus sum missus ad gentes. vel etiam apostolos⁹ tenet locū. Vñ &. ij. Cor. v. dicit apls. Legatione fungimur tamq̄ deo exhortante per nos. ideo se debent exhibere multum exploratores: als par uum fructū afferunt. Ad quod facit qđ scribit Esaiæ. lvij. ca. Misisti legatos tuos ꝓcul. s. tu ecclesia: & hūiliata es vsq; ad inferos. i. dejecta propter mala exēpla. Sed si bene se habēt sequitur fructus qui subdit in Pš. s. & Ethiopia pue niat manus eius deo. Ethiopia q̄ generat psonas nigras q̄ propter adustionem caloris significat prouinciā vl patriā vitijs denigratam quæ ex operibus virtuosis legatoꝝ recedit ab erroribꝰ & dissentionibus. & sic præuenit deum. i. iudicium dei manus operum in bonum cōmutando. Mittere autem legatos ad diuersas patrias: vt verbis psuasibilibus: etiam humanæ sapientiæ hoīes reducant ad bonum. Non est hoc dimittere fiduciam diuini auxilij & in sua virtute considere: sed vti prudētia humana faciēdo qđ ex parte nostra possumus in salutis prēsidium. In cuiꝰ exēplum dixit Iacob. Mitto nūc legationē meā ad dñm meū. s. Esau: vt inueniā gr̄am in ꝓspectu tuo. s. ad placandum iram eiꝰ. nam venit obuiam ei ad reconciliandū se sibi. Gen. xxxij. cum tñ haberet deū in adiutorem. Nec istud est cōtra statū cardinalium. s. mitti cum regulariter sint assistentes. Nā & in hierarchia cœlesti ex suborta causa angeli assistētes mittuntur vt Seraphin ad Esaiæ purgandum labia. Esa. vj. Legatorum aūt tria sunt genera. Aliqui em̄ dicunt laterales seu a latere missi. & hi sunt tm̄ cardinales legati ꝑm Io. an. cuius Bern. dixerit etiam alios non cardinales qui mittunt de curia: dici a latere missi. vt notat ipse Bern. eꝫ de offi. lega. cap. excōicatis: sed primum vt verius tenetur. Secundi dicunt locales seu perpetuales: qui. s. prętextu ecclesiarum suarum habent legationem ex priuilegio ecclesiæ suæ: vt archiepūs Cātua. & Eboracē. Tertij sunt tpales seu non a latere missi. Et isti sunt quicumq; alij missi a papa: siue de curia siue extra curiā non cardinales. Est aūt differentia inter istos quo ad quędā: & pręcipue quo ad absolutionem ab excōicatione propter manuū iniectionem violentam in psonas ecclesiasticas. Nam primi legati pōt absoluere etiā extra terminos suę legationis: dummodo sint in via. eꝫ de offi. leg. c. qđ tranlationē. Et etiam si tales excōmunicati aliunde veniant: vt eo. ti. c. excōicatis. Secundi legati non possunt tales absoluere. Tertij vero possunt dum sunt infra terminos suę legationis: & eos tantum qui sunt de prouincia sibi commissa. Item legati de latere possunt cōferre beneficia in terminis suę legationis cum restrictione tm̄ quæ habetur in. c. a præsentl. &. c. deliberatione. de offi. leg. lib. vj. eꝫ de offi. leg. c. officij. Alij vero legati hoc non possunt nisi ex speciali cōmissiōe sibi facta. Quod si ecclesia habet patronum laicum non potest sibi conferri per legatum nisi ei quē patronus prēsentaret. eodē modo si habet patronum clericum cui patronatus competit ratione sui patrimonij. eꝫ de offi. leg. c. dilectus. Secus si clericus sit patron⁹ ratione eccl'iæ. vel etiā si sit collegium: qa tunc eo irrequisito potest ligatus cōferre: qa potest quod maius est. s. ꝙferre ipsas ecclesias non requisito episcopo. Sed quęrit Ioan. an. De collatione in glo. vtrum cardinalis legatus possit conferre beneficio, quorum collatio est deuoluta ad papam per Lateran. concilium. Rñdet ꝙ potest ꝑm Goff. & Inno. & Guil. in spe. rebñficiorum. prehendentes Vincē. qui dixit contrarium. Et subdit Ioā. an. ꝙ certum est ꝙ legatus etiam de latere non potest conferre beneficia vacātia in curia Romana sine speciali mādato. vt de præben. c. licet. in fi. lib. vj. quod intelligo ista mentem: vt eo. ti. statuimus. lib. vj. Et nota ꝙ vbi est Legatus Cardinalis in prouincia vel alius habens mandatum speciale super hoc possunt tres ꝙcurrere in collatione alicuius beneficij. s. papa: legatus & ordinari⁹. Et si apparet quis primo contulit: non est dubium. Si vero non apparet: tūc seruandum est quod habetur de prēben. ca. si a sede. lib. vj. vbi dī ꝙ cum a papa vel legato eius vni & ab ordinario alteri eodem die idem beneficium conferatur: nec apparet q̄ collatio fuerit primo facta: erit potior ꝺditio possidētis. Sed si neuter possideat is cui papa cōtulit: vel legatus propter cōferentis ampliorem prærogatiuam erit præferēd⁹.

¶ De autoritate legati de latere.

§. I. LEGATVS DE LATERE POTEST

confirmare electiones eꝫ orum: & archieꝫorum: & exēpto rum in ꝓuincia sibi decreta: hoc autem non pñt facere alij legati nisi habeāt sup hoc speciale mandatū. vt de elec. c. si abbatem. lib. vj. pōt etiam legatus de latere dare licentiam abbati subdito immediate apostolicę sedi licentiā transeū di. s. a suo monasterio ad eꝫatum qui als transire non pōt. s. sine licentia papę vel legati: vt in. d. c. si abbatem. Et dicit ibi glos. ꝙ idem iudicium est de transeundo de vna abbatia ad aliam. Sed si abbatia sit subiecta eꝫo non transibit ad aliam sine licentia saltem eꝫi. Item legatus de latere ꝑm Bern. potest cognoscere de causis q̄ exemptos: ga p priuilegia eximunt a potestate eꝫorum & hmōi: non autem a potestate legatorum: sed alij legati qui non sunt a latere ꝺ non possent nisi haberēt speciale mandatum q̄ priuilegia illorum. extra de offi. leg. quod translationem. Sciendum etiam ꝑm Inno. ꝙ si legatus aliquem excōicauerit dum est in prouincia sibi decreta si est reuocatus non pōt eum absoluere. Sed si exiuit reuersur⁹: postq̄ reuers⁹ fuerit poterit absoluere & etiam ante egressum si est legat⁹ de latere. Nullus legatus etiam de latere pōt conferre vel reseruare ecclesias cathedrales vel regulares vel collegiatas: vt habetur de elec. c. ex deliberatione. lib. vj. Et dicit ibi glo. ꝙ cōferre vel reseruare eccl'ias est conferre vel reseruare ipam primā dignitatē de eccl'ia: puta eꝫatum: plæbanatum: abbatiam: prioratum & his sil'ia. Non autem. ꝓhibet ꝙferre bñficiū: hoc est canonicatum dictaꝝ eccl'iaꝝ. Item legati quicumq; nō pñt ꝙferre vel reseruare dignitates in eccl'ijs cathedralibus q̄ sunt principaliores post dignitatē eꝫalem in illis ecclesijs ad quas. s. dignitates puenit p electionem: vt archipresbyteratus: archidiaconatus: præpositus & hmōi: vt in dicto. c. deliberatione. Si ergo in ecclesia cathedrali eēnt duæ dignitates puta archipresbyteratus: & archidiaconatus: & vterq; haberet p electionem illam quæ maior hrēt nō posset dare legatus. Quę aūt sit maior illarum. dicit ibi glo. ꝙ licet archidiaconus sit maior in ꝓlatiōe: de qua maioritate hic intelligit: tñ in hoc inspiciēda est ꝙsuetudo loci: is em̄ habetur prior post episcopum: vt qui præest capitulo & ꝙocat capitulum: ille dī maior. Aliam ergo dignitatē inferiorē in illa ecclesia: puta archipresbyteratū dare posset legatus: vel etiā illa maiorē: si nō p electionem sed collationem eꝑi daretur. Ltē legati etiam de latere non pñt cōcedere alicui in generali vel speciali: vt recepta resignatione bñficiorum ab illis qui habent ipsa bñficia possit ille cui facta est talis resignatio cōferre ea alteri de elec. c. deliberatione. lib. vj. vbi dicit glo. ꝙ etiam non pōt cōmittere legatus vni ꝙ recipiat resignationem beneficij & cōmittere alteri personę ꝙ postea illud conferat: quia qua ratiōe vni & eidem committēdo resignationem & collationem datur via ad vacaturas eccl'iarum: eadem ratione daretur via ad idē committendo diuersis psonis. ar. de elec. ca. j. li. vj. Potest ergo legatus recipere p se resignationem beneficij & cōmittere: & postea illud vacans alteri cōcedere: sed non potest alteri hoc committere vt faciat. Et hoc qa facilius per istum modum fieret fraus ad vacaturas q̄ per illum. puto tñ ꝙ legatus bene posset cōmittere alicui ꝙ recipiat resignationem alicuius beneficij: & recepta resignatiōe: cū beneficiū vacat: bene posset ei dē vt alteri committere ꝙ illud beneficium conferat. Et p hanc decretalē attētari posset ꝙ licet eꝑs possit gñaliter tradere ptātem officiali: vel vicario suo conferendi beneficia vacantia. de offi. vica. c. fi. non tamē alteri quem officialem non constitueret. Item legatus non

Legati tripliciter.

Universidad del Rosario Archivo Histórico